Der Architekt

Über die Ausbildung eines Architekten schreibt Vitruv am Beginn seines Werkes:

(1) Architecti est[2] scientia pluribus disciplinis et variis eruditionibus[1] ornata[2]. Cuius iudicio probantur omnia opera; quae ab ceteris artibus perficiuntur. Ea (scientia) nascitur et fabrica[3] et ratiocinatione[4]. Fabrica est continuata ac trita usus meditatio[5], quae manibus perficitur e materia, cuiuscumque generis opus est, ad propositum deformationis[6]. Ratiocinatio[4] autem est, quae res fabricatas sollertiae ac rationis pro portione[7] demonstrare atque explicare potest.
(2) Itaque architecti, qui sine litteris[8] contenderant, ut manibus essent exercitati[9], non potuerunt efficere, ut haberent pro laboribus[10] auctoritatem[11]; qui autem ratiocinationibus[4] et litteris solis confisi fuerunt, umbram non rem persecuti esse videntur. At qui utrumque perdidicerunt, omnibus armis[12] ornati citius cum auctoritate, quod fuit propositum[13], sunt adsecuti.
(3) Cum[14] in omnibus enim rebus, tum[14] maxime etiam in architectura haec duo insunt: quod significatur et quod significat. Significatur proposita res[15], de qua dicitur; hanc autem significat demonstratio[16] rationibus doctrinarum explicata[17]. Quare videtur utraque parte exercitatus[9] esse debere, qui se architectum profiteatur. Itaque eum etiam ingeniosum oportet esse et ad disciplinam docilem[18]. Neque enim ingenium sine disciplina[19] aut disciplina[19] sine ingenio perfectum artificem potest efficere. Et ut

---

[1] **eruditio**, -onis f = elementare Kenntnis
[2] **ornata est** + Abl.= umfasst + Akk.
[3] **fabrica**, -ae f = Hand-werk
[4] **ratiocinatio**, -onis f = geistige Arbeit
[5] **continuata ….. meditatio** = eine fortgesetzte und immer wieder überlegt geübte Ausübung einer praktischen Tätigkeit
[6] **ad propositum deformationis** = eine Formgebung zum Ziel
[7] **res fabricatas sollertiae ac rationis pro portione** = in welchem Verhältnis handwerkliche Geschicklichkeit und planvolle Berechnung innewohnt
[8] **litterae**, -arum f = wissenschaftliche Bildung
[9] **exercitatus** 3 = geübt
[10] **pro laboribus** = eine über ihren Anstrengungen entsprechende
[11] **auctoritas**, -atis f = hier: Meisterschaft;
[12] **arma**, -orum n = hier: Rüstzeug;
[13] **propositum**, -i n = hier: Ziel;
[14] **cum – tum** = wie – so;
[15] **proposita res** = Ziel;
[16] **demonstratio**, -onis f = Darstellung;
[17] **rationibus doctrinarum explicatus 3** = mit wissenschaftlichen Methoden entwickelt;
[18] **ad disciplinam docilis** = bereit zu wissenschaftlich-theoretischer Schulung;
[19] **disciplina**, -ae f = Schulung;

litteratus[20] sit, peritus graphidos[21], eruditus geometria, historias[22] complures noverit, philosophos diligenter audierit, musicam scierit, medicinae non sit ignarus, responsa iurisconsultorum[23] noverit, astrologiam caelique rationes[24] cognitas[25] habeat.

In den folgenden Kapiteln (4-10) geht Vitruv genau auf oben angeführte Kenntnisse ein und erläutert diese.

(11) Cum ergo tanta haec disciplina sit, condecorata et abundans eruditionibus variis ac pluribus[26], non iuste[27] puto posse repente profiteri[28] architectos, nisi qui ab aetate puerili (in) his gradibus disciplinarum scandendo[29] scientia[30] plerarumque litterarum et artium nutriti[31] pervenerint ad summum templum[32] architecturae.

Fragen zum Text:

1. Aus welchen zwei großen Bereichen soll sich das Wissen eines Architekten zusammensetzen?
   Wie begründet dies Vitruv?
2. Was versteht man unter „fabrica“ und „ratiocinatio“?
3. Über welche zusätzlichen Kenntnisse soll ein Architekt verfügen?
4. Zu welchem Schluss bezüglich der Ausbildung eines Architekten kommt Vitruv (cap. 11)?

---

[20] **litteratus** 3 = gewandt im schriftlichen Ausdruck;
[21] **graphidos** = des Zeichenstifts;
[22] **historia**, -ae f = geschichtliches Ereignis;
[23] **responsa iurisconsultorum** = juristische Entscheidungen;
[24] **caeli rationes** = der gesetzmäßige Ablauf der Himmelserscheinungen;
[25] **cognitae**, -arum f = Kenntnisse
[26] **condecorata et abundans eruditionibus variis ac pluribus** = weil sie mit verschiedenen wissenschaftlichen Kenntnissen in großer Zahl ausgestattet ist und ein Übermaß davon in sich vereinigt
[27] **iuste** = mit Fug und Recht
[28] **profiteri** = sich Architetkt nennen
[29] **scandere** = emporsteigen;
[30] **scientia**: Abl.
[31] **nutritus** 3 = gefördert;
[32] **templum**, -i n = hier: Stufe;